

301

PAVLLI MAN-
NVTII COMMENTA-
RIVS IN LIBRVM NO-
NVM EPISTOLARVM CI-
ceronis ad Atti-
cum.

IN EPISTOLAM I.



IIII. die] legendum *XIII.* tot enim sunt dies ab *IX. Kal.* ad pridie nonas. *κενό-σπυδα*] inanis studij. fortasse curantur a me sine causa. *Sosium, & Lupum*] prætorem vtrumque. epist. 6. & 12. lib. 8. *Audiremus:*] quid Brundisij actum esset. *Ad mare superum,*] vt in Græciam transmitteret. epist. 3. *Qui & nunc,*] quo modo nunc præsidio reip. cum domi maneat? aliud fortasse dicit, aliud intelligit, *εἰρωνικῶς.* epist. 16. lib. 8. & 3. lib. 9. *Tempestiuus*] quibus interesse boni viri solent. nam intempestiua non laudantur. de Senectute. *Improbiorum*] Cæsaris. *Persequamur.*] stomachole in Pompeium, qui, suadentibus L. Luceio & Theophane Mitylenæo perniciosum reip. bellum suscepisset. *Persequamur:* faciamus, quod Luceio & Theophani videtur. *Nam Scipio*] connumerat eos, quos aliqua causa videtur adduxisse, vt contra Cæsarem arma sumerent. *Sorte,*] quia ei sorte obuenit. *Genero*] Pompeio. *Iratum.*] quia sententiam dixerat, vt Cæsar ante certam diem exercitum dimitteret: si non faceret, aduersus remp. facturum videri. Cæsar lib. 1. de bello ciu. *Marcelli*] Marcus, & duo Caij: qui omnes Cæsaris dignitatem oppugnauerant. *Manerent.*] in Italia. *Appius*] tres numerat, qui imperium non habebant, Appium, Cassium, Faustum. *Inimicitiarum*] cum P. Cornelio Do-